



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



~~NT. Cit~~  
~~565~~

Z 6605 G 7  
Gardthausen





Harvard University  
Library of the Divinity School

THE BEQUEST OF  
**JOSEPH HENRY THAYER**  
LATE PROFESSOR IN THE SCHOOL

20 March 1902







CATALOGUE OF THE  
MANUSCRIPTS.

RENDEL HARRIS

year, July 9, 1887.  
There was issued from  
University of Oxford a volume  
containing the most com-  
plete made of the book  
in the library of the convent  
at. The catalogue is the  
work of Dr. Victor  
well known as one of the  
subject of Greek man-  
uscript treatise upon Greek  
which he made in the  
of more definite know-  
ledge. The library, was set on foot  
so distinguished as  
with this, a second  
on the same track. The  
of Gardthausen's depart-  
ment, Kondakoff, who, if  
more Gardthausen's  
deal of scholarly  
work, afraid, we in the

universal. Every  
man's discovery and  
of the Bible which  
authorities for the  
manuscripts. Many per-  
sons of the beautiful  
nature of its being  
by the monks  
as might be  
of its age. But  
manuscripts, except  
manuscripts, to possess  
importance on its  
manuscripts, to obtain, or  
manuscripts, to bring home  
manuscripts, the books  
manuscripts, to be kept at  
manuscripts, a note  
manuscripts, of Sinai,  
manuscripts, to wit,  
manuscripts, Poor  
manuscripts, to be kept in  
manuscripts, some  
manuscripts, other

on me, though  
I am the result  
upon this scene,  
Very touching  
our sides, and  
to pass a mass of  
covered with a  
merry of Buddhist  
burning, so well  
without delay.  
I were impressed  
looking contrast  
not recently hap-  
ped, who, though  
is smitten heart  
rious phases of  
The mourning  
named Paul  
the death of a  
touching story  
to be home to be  
attention attending  
it will be most  
He is a greatly  
spoken of in  
in the native  
lish the follow-  
Young Men's  
I from Kobe to  
s, and then the  
decided to seek

with the rest of  
The cover of  
reproduction of  
Leviticus. Upon  
is taken from the  
published what  
Sinaiticus; the  
with the Sinaitic  
part of another  
suspect was from  
monks. With this  
may appropriately  
Haverford College

he were dead, yet a  
the baptism of a lit-  
entering into cover  
Much interest has  
San, who has just  
garden system, to  
work among her  
raise the funds ne-  
cessary to induce a  
proportion of the  
in the hospital as  
desired to add cool  
A large building for  
in progress for the  
laid out. The gen-  
eral nurses are progress-  
ingly been sent at  
in the school, her  
Never has the call  
every department  
The missionaries  
of the various den-  
ominations, finance, and  
by the national co-  
—the great *Dai Shi*  
it is to see these peo-  
ple together, delibera-  
ting on the things of  
The entire histo-  
ry of the importance of a  
mission were organized in  
that it was better  
to keep the Sabbath (a  
missionary recognizes no Sab-  
bath, or sale of  
alcohol, or rule that member  
should save the money  
by hardship in some  
degree. Now the  
missionaries, upon  
themselves, upon  
came into the fol-  
lowing in turn lead  
The chief of  
the unbraced Christian  
consequence. He  
After a late  
request, a lecture  
audience in the  
moment

kes  
ed  
er

London  
HENRY FROWDE



OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE  
AMEN CORNER, E.C.

CATALOGUS  
CODICUM GRAECORUM  
SINAITICORUM

SCRIPSIT

*Victor*

V. GARDTHAUSEN

LIPSIENSIS

OXONII  
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO  
M DCCC LXXXVI



PAID

Prof. J. H. Dyer

March 20, 1902.

(977)

[ *All rights reserved.* ]

## PRAEFATIO.

**M**ONASTERII Sinaitici bibliotheca<sup>1</sup> quomodo et quo tempore orta sit, in obscuro est. Neque enim aut episcopum aut monachos certo quodam anno eam condidisse tradunt; sed sponte eam natam esse et crevisse coniciendum est et ex eorum librorum collectione, quibus ad res divinas faciendas monachis in ecclesia opus erat, et eorum, quos monachi Sinaitae e. gr. Clemens sacerdos (cf. p. 293) morientes fratribus dono dederunt. Magnopere deinde copiae eius auctae sunt eis libris, quos Christiani, qui sanctitate loci commoti ex Graecia, Armenia, Iberia populisque slavici<sup>2</sup> oriundi illuc peregrinati sunt, aut in patriam secum portare noluerunt gratoque animo Sanctae Catherinae obtulerunt, aut a monachis coacti invitati reliquerunt. Quo factum est ut res et materia omnium fere codicum Sinaiticorum ad religionem spectet christianam.

Haec principia cum habuisset et incrementa, per multa saecula neglecta iacuit Sinaitarum bibliotheca. Per longam seriem annorum multos libros perire monachi passi sunt, multos monasterio aut ipsi subtraxerunt aut alii. Neque enim exiguus est numerus eorum codicum Sinaiticorum, qui hodie in aliis bibliothecis adservantur.

Ita ad calcem cod. Alexandr. 87 (Io. Chrysost. ser. a. 968) adnotatum est librum illum antea fuisse in bibliotheca montis Sinai, postea vero Alexandriam portatum esse temporibus Ioachimi patriarchae.

---

<sup>1</sup> Cf. librum quem discedenti mihi a monasterio Archiepiscopus dono dedit: *Ἡ ἱερὰ μονὴ τοῦ Σινᾶ κατὰ τὴν τοπογραφικὴν, ἱστορικὴν καὶ διοικητικὴν αὐτῆς ἔκθεσιν ὑπὸ Περικλέους Γρηγοριάδου. Ἐν Ἱεροσολύμοις, 1875, pagg. 226, in 8°.*

<sup>2</sup> Cf. L. Geitler, *Die Albanesischen und Slavischen Schriften* (m. 25 phototypischen Tafeln). Wien, 1883.

In cod. Alexandrino 394 legitur sub finem:  $\overline{\alpha\psi\kappa}$  (a. 1720, p. Chr.) Ἐν Σιναιῶ ἀγίῳ ὄρει παρὰ τοῦ πρώην Κωνσταντινουπόλεως ἐγκλείστου ὄντος  $\bar{\kappa}$  μ(ηνὰς) μηνὶ Δεκεμβρίῳ  $\bar{\epsilon}$ . Cod. Alexandrinus 414 eiusdem manu exaratus est -- ἐν ὑπερορίᾳ ὄντος.

Item in multis codicibus Naniensis, qui nunc Venetiis sunt<sup>1</sup>, hodie quoque legitur:

Τῆς ἀγίας Ἀκατερίνης τῶν Σιναιτῶν.

e. g. cod. 74: Gregor. Nyss. s. xvi, cod. 101-2: Geronticon scr. 1615-17, cod. 108: Io. Xiphilinus s. xvi, cod. 173-4: liturg. s. xvi. et xiv, cod. 207: Theodulus s. xvi-xvii, cod. 210: liturg. s. xvii, cod. 254: Alex. Aphrod. (scr. Io. Rhosus a. 1486; cf. cod. Sin. 165), cod. 281: Theodor. Prodrom. s. xiii-xiv.

Celeberrimus est codex ille Sinaiticus, cuius pars Petropoli exstat pars Lipsiae, quemque Tischendorfius quod monasterio abstulerit vehementer ad hunc usque diem monachi dolent. Quibus addam cod. Lips.-Tischendorf. viii. (cf. p. 65), et ix. cuius hanc videas subscriptionem: Τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ἀγίου καὶ θεοβαδίστου ὄρους Σινᾶ· καὶ ὅστις ὑστερήσει ἀπὸ τὴν ἀγίαν μονὴν να ἔχει τὰς ἀρὰς τῶν πατέρων τῆς ἀκαταφλέκτου βᾶτου.

Evangeliarium quoque Berolinense (4° No. 47) antea Sinaiticum fuit.

Denique in Sinai monte scripti sunt cod. Alexandr. 454: Octoechus (a. 1523) et cod. Cantabrig. Ff. iii. 30: Galeni opera a. 1550, a Georgio scr.

Quot qualesque codices graeci etiam nunc in latebris monachorum remanent cum viri docti prorsus nescirent, ab universitate litterarum Lipsiensi missus sum initio hiemis a. 1880-81, ad indagandum statum bibliothecarum Aegypti et Sinai montis.

Hoc igitur itinere suscepto primo, cum urbem Cairo viserem, bibliothecae, quae ibi in thesauris Patriarchae Alexandrini est, catalogum composui, eumque hoc Sinaitico multo uberiorem. Spicilegium Alexandrinum et specimina nonnulla codicum Patmiacorum, quos redeunti mihi in patriam pervestigare licuit, ad calcem huic libro (p. 257 et p. 262) inserendum curavi.

<sup>1</sup> Mingarelli, T. A., Graeci codices MSS. apud Naniensis asservati. Bologna, 1784.

Bibliothecae Alexandrinae catalogo perfecto mense Novembri a. 1880 in montem Sinai ascendi.

De quo itinere, qui plura nosse cupierit, adeat litteras a me scriptas, quas ipse publici iuris feci in ephemeridibus, quibus inscribitur *Im Neuen Reich*, 1881, No. 4, 20. 28, quibus abunde credo demonstratum esse, quot ac quantis impedimentis laboribusque retardetur, qui codices graecos examinaturus in montem venerit.

Neque enim—id quod nonnumquam accidit in Europa—bibliotheca caret codicibus, sed codices bibliotheca. Pauci enim, ut hoc afferam Evangelium quod vocant Theodosianum, in Archiepiscopi thesaurum relati sunt. Multo plures eidemque optimi in sacello Deiparae latent cistis atque arcis absconditi, rudis indigestaque moles, quam nemini umquam in ordinem redigere contigit.

Deinde alii codices nonnulli plerumque recentiores chartacei in armariis 'parvae bibliothecae' prope archiepiscopi aedes collocati sunt; et hi quidem ita ut ordinem quendam in eis observare liceat. Accedunt denique quarto loco arcae clavibus bene clausae quibus in sacrario Ioannis Baptistae (Prodromi) positae custodiuntur libri et manu scripti et typis impressi, qui ex monasteriis Sinaitarum imprimis Cairensi in montem asportati sunt.

Numquam codices reverendae aetatis vidi aequè neglectos iniuriaque temporum laceratos. Multi mutilati sunt, multi tegumento privati, multi carie exesi et usu quotidiano sordidissimi. Folia codicum paene omnium numeris carent. Cui rei ut aliquo modo succurrerem, necessarium duxi in codicibus describendis crassitudinem quoque libri indicare.

Praeter hos codices graecos quos a me visos ipse manibus evolveram nullos omnino alios exstare, omni adseveratione monachi adfirmabant. Atque in his acquiescendum erat cum facultas rem diligentius perscrutandi mihi prorsus deesset. Itaque verbis illorum confisus in patriam reversus sum.

Nihilominus mox intellexi in catalogo meo lacunas restare nonnullas, quibus implendis nec meae notae sufficerent nec

Kondakovii, qui post me codices Sinaiticos examinavit. Conferas eius librum inscriptum *Putešestvie na Sinaj v 1881 godu*. Odessa, 1882, cum notis Henrici Omont, *Bibliothèque de l'École des chartes t. XLIII*. 1882: *Voyage au Sinaï en l'année 1881. Impressions de voyage. Les antiquités du monastère du Sinaï par N. Kandakoff [sic] (En russe)*. Odessa, 1882, in 8°, III-160 pages, carte, avec un atlas de 100 photographies par I. X. Raoult, in fol.

Iam cum caussam non perspicerem qua adduci potuissent monachi ut certos quosdam codices neque mihi neque Kondakovio monstrarent, ipsum archiepiscopum adivi, ad quem semel iterumque litteras neograece scriptas misi per eum, qui in oppido Suez proxeni Russici munereungebatur; quae quin in manus archiepiscopi pervenerint nullus dubito. Neque tamen usque ad hunc diem responsum est.

Quae cum ita sint, catalogum, quamvis ab hac parte imperfectum ulterius retinendum non censui. Numeri, quibus codices notavi, ii sunt quos ipsi prae se ferunt libri, quibusque notati sunt in catalogo manuscripto bibliothecae Sinaiticae, quem monachum Russicum olim fecisse dicunt. Quo libro ut uterer semel per singulam diem mihi concessum est.

Restat ut gratias agam quam maximas et eis qui instituto Clarendoniano praesunt, et amicis philologis atque theologis qui et opera et consilio laborantem adiuverunt.

*Scribendam Lipsiae, mense Ianuario, 1886.*

## INDEX NOTARUM.

M. = Migne, *Patrologiae cursus completus. Series graeca.* Paris. 1857 ss.

F. H. = Fabricius, *Bibliotheca graeca.* Ed. IV. curante Gli. Cph. Harless. Hamb. 1790-1809.

[ ] quae ipse aut addidi aut correxi.

< > facsimile.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

- P. 34. كانت leg. كانت.  
,, Auba ,, Asba.
- P. 40. cycalis ,, cyclos.
- P. 53. No. 257 Fieri non potest quin leg. ut.
- P. 105. No. 435 *Palladius* de gentibus Indiae et Bragmanibus, *S. Ambrosius* de moribus Bragmanorum, *Anonym.* de Bragmanibus, ed. Ed. Bissaeus. London 1665.
- P. 108. No. 443 A. T. leg. V. T.
- P. 120. No. 494 [Cyrilli Scythopolitani] βίος του ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα. Cf. Cotelarii *Eccles. graecae monumenta* III (1686) p. 220-376.
- P. 128. No. 524 Λεοντίου πρεσβυτέρου μοναχοῦ καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα -- διήγησις εἰς τὸν βίον . . . Γρηγορίου τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ἀκραγαντίνου ἐκκλησίας M. 98, 549 Φοβερόν καὶ ἀκατάληπτον θαῦμα κ.τ.λ. 716 -- φιλανθρωπία τοῦ κυρίου ἡμῶν I. X. κ.τ.λ.
- P. 223. No. 1144 Io. Beccus. Cf. L. Allatii *Graecia orthodoxa* Rom. 1659. t. 2, p. 1.

D.

M.

W. E. ALBRECHT

B.

M.





## I.

## ΠΑΛΑΙΑ ΔΙΑΘΗΚΗ. VETUS TESTAMENTUM.

## 1.

*Vetus Testamentum.* Cod. membr. 28, 5 × 20; 7 centim. saec. x. (non s. xii. ut voluit Kondakov, *Putešestvie*, p. 101).

Litterae scriptae sunt *supra* lineam, cf. *Gr. Palaeogr.* pp. 68–70.

Continet libros Genesis—Deuteron., Iosuae, Iudicum, Ruth, 1, 2 Samuelis, 1, 2 Regum.

Incipit: *////* εἶπεν αὐτοῖς κατὰσκοποὶ ἐστε, etc. (Genes. 42. 9). Quae antecedunt a manu recentiore suppleta sunt. Explicit verbis ἐβασίλευσεν Ἰοὺ (4 Regum 10. 36). Quae sequuntur a manu recentiore in charta scripta sunt. Notae marginales latinae postea additae sunt. In margine primae paginae numerus adscriptus est ΠΛΔ.

## 2.

*Vetus Testamentum.* Cod. membr. 30 × 23; 8 centim. saec. xii.

Continet libros Genes., Exod., Levitic. cum scholiis marginalibus quae in fine desunt.

Incipit: [ἐγὼ δέ]δωκα τὴν παιδείαν μου εἰς τὸν κόλπον σου . . . εἶπε δὲ Ἀβραὰμ πρὸς Σάραν [1]δοῦ ἡ παιδεία σου ἐν ταῖς χερσὶ σου, etc. (Genes. 16. 5–6). Explicit: τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. < > > Λευιτικὸν ἔχει στίχους Β†. Sequitur explicatio ἐκ τῶν Εὐσεβίου διὰ τί λευιτικὸν ἐκλήθη.

Cf. Kondakov, *Putešestvie*, p. 101.

## 3.

*Iob.* Cod. membr. 35 × 25; 6 centim. saec. xi.

Continet l. Iob. cum imaginibus et ornamentis auro distinctis; accedunt Olympiodori scholia et προθεωραὶ singulorum capitum (*Patrolog. graec.* ed. Migne, vol. 93, 11).

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 101. (Facsim. No. 54–9.)

## 4.

*Sylloge scholiorum in l. Iob.* Cod. membr. saec. xiii.

Nomina auctorum minio in margine adnotata sunt: Olympiodori, Polychronii, Chrysostomi, Didymi, Origenis, etc.

Incipit: Ὑπόθεσις μὲν ἡμῖν καὶ σκοπός —. Explicit: οὕτω ἀπελευσόμεθα χάριτι χυ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ, etc.

Liber consecratus est a. ̅ξξ̅, h. e. a. 1559, p. Chr.

## 5.

*Prophetæ.* Cod. membr. saec. x. 21 × 16 (liber Hoseae) in fine 21 × 15 centim. foll. 130.

Litteræ nonnumquam scriptæ sunt *supra* lineam.

Desunt in initio fasciculi  $\bar{\alpha}$ .  $\bar{\beta}$ . Incipit quatern.  $\bar{\gamma}$ : [δτι] ἐξεστρέψατε εἰς θυμὸν κρίμα, καὶ καρπὸν (Amos 6. 12). Primus titulus legitur AMWC  $\bar{B}$ . deinde MIXAIAIC  $\bar{\Gamma}$  usque ad ZAXAPIAC  $\bar{\Gamma A}$ . Sequitur l. Malachiae, Esaiæ (c. scholiis marginalibus minutissime et diligentissime scriptis), deinde Ieremias, Threni (cum litteris hebraicis: Alpha, Beth, Giml, Delt, H, OY, Zai, etc.), Epistola Ieremiae (Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς—μακρὰν ἀπὸ δνειδισμούδ: LXX. ed. Tischend. 2. 411-414), Ezechiel usque ad verba καὶ οἰκοδομησαὶ βελοστάσεις. καὶ [αὐτὸς Ezech. 21. 22-23, ed. Tischend. Cetera desunt.

## 6.

*Prophetæ.* Cod. membr. 18 × 13; 4, 5 centim. saec. xv. magnis litteris sedenis lineis in pagina scriptus. Desunt pauca in initio.

Incipit: πενθήσει ἡ γῆ καὶ σμικρυνθήσεται σὺν πᾶσι (Oseea 4. 3). Explicit in quaternione  $\bar{\lambda}$ : καὶ ἀνοικοδομοῦνται πάντες ποιοῦντες ἀνομίαν (ἄνομα Malach. 3. 15). Cetera desunt.

Cf. Kondakov, *Putek*. (Facsim. No. 94, 3.)

## 7.

*Prophetologium.* Cod. membr. 25 × 19; 7 centim. saec. x-xi. litteris uncialibus erectis scriptus binis columnis; adiectæ sunt notæ liturgicæ minio exaratae.

Incipit: Μηνὶ Δεκεμβρίῳ κδ. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν (Genes. 1. 1).

Explicit: Μηνὶ Νοεμβρίῳ κγ̄. (τῇ παραμονῇ τῶν ἐγκαυίων). Ἔσθη Σολομῶν κατὰ πρόσωπον τοῦ θυσιαστηρίου, etc. (3 Reg. 8. 22). In fine legitur unus versus litteris minusculis s. xi. eodem, ut videtur, nigro atramento et fortasse ab eadem manu scriptus qua litterae unciales quae antecedunt.

8.

*Prophetologium.* Cod. membr. 28 × 20, 5; 8 centim. saec. x; litteris uncialibus erectis binis columnis scriptus. Fasciculi numeris notantur B–M (deest A).

Incipit verbis Esaiæ: Τάδε λέγει κύριος (Esai. 3. 16?).

Explicit: Ἐγένετο ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει τῆς ἀλχμαλωσίας, etc. (Ezech. 40. 1). In fine columnæ nonnullæ additæ sunt litteris minusculis scriptæ ab Antonio monacho.

9.

*Prophetologium.* Cod. membr. 31 × 21; 5 centim. saec. xiii. binis columnis scriptus.

Incipit: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν (Genes. 1. 1).

Explicit ultimo titulo qui legi potest: Ἐκ τοῦ προφήτου Ἱερεμία: Τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ ὃ ἐγένετο ἐπὶ Ἱερεμίαν τὸν τοῦ Χελκίου, κ.τ.λ. (Ierem. 1. 1).

10.

*Prophetologium.* Cod. membr. 20 × 16; 5 centim. saec. xii. ab imperito scriba exaratus binis columnis.

Incipit: Δικαίων ψυχὰι ἐ// χειρὶ θεοῦ (Sap. Salom. 3. 1).

Explicit: Ἐγένετο ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει τῆς ἀλχμαλωσίας (Ezech. 40. 1), usque ad verba κατὰ τὴν γλυφὴν τῶν ἀγίων (Ezech. 41. 25).

In fine subscriptio antiqua deleta est; in eodem loco nunc leguntur preces pro Iosepho Sinaita.

11.

*Prophetologium.*

12.

*Prophetologium.* Cod. membr. 21 × 48; 4, 5 centim. saec. xi–xii. litteris initialibus (rubris et viridibus) ornatus titulisque gummi laccae obductis (cf. cod. 234 a. 1119, p. Chr.).

Incipit Γενέσεως τὸ  $\bar{a}$ : 'Εν ἀρχῇ ἐποίησε' (sic) ὁ θεός, etc. (Genes. 1. 1).

In medio cod. membr. unus invenitur fasciculus in charta bombycina scriptus a manu recentiore: 'Ἀνάγνωσμα Δ. προφήτου 'Ιωνᾶ Τζ: 'Εγένετω (sic) λόγος κυρίου πρὸς 'Ιωνᾶν τὸν τοῦ 'Αμαθί, etc. (Ion. 1. 1). Sequitur (in membr.) 'Ἀνάγνωσμα ε̄. 'Η 'Ισοῦ τοῦ Ναυὶ (sic) Τζ̄ Παραναίβαλον (sic) υἱοὶ 'Ισραὴλ ἐν Γαργάλοις (sic). καὶ ἐπύησαν (sic) τω (sic) πάσχα (Ios. 5. 10?). Deinde 'Ἀνάγνωσμα ς. Τῆς ἐξόδου Τζ̄: 'Εξάραντες οἱ υἱοὶ 'Ισραὴλ εἰς Σοκῶθ (Exod. 13. 20. Σοκῶθ Tischend.).—Sequuntur 'Ἀναγνώσματα κατὰ πανοιχύδος (sic) τῶν ἑορτῶν εἰς τὴν παραμονὴν εὐαγγελισμοῦ. 'Ἀνάγνωσμα  $\bar{a}$ . Τῆς 'Εξόδου Τζ̄. Εἰσήλθεν Μωσῆς εἰς τὸ ὄρος τοῦ θεοῦ Χωρίθ (Exod. 3. 1?). 'Ἀνάγνωσμα β. Παροιμιῶν: Κύριος ἐκτισέ με (ἐκ τη σέν μαι cod.) ἀρχὴν ὀδῶν αὐτοῦ, etc. (Proverb. 8. 22). 'Ἀνάγνωσμα γ. Παροιμιῶν: 'Η σοφία φκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον (οἶκ. ἑαυτ. transpos. cod.; Proverb. 9. 1), etc.—Tituli postremi: Τῇ παραμονῇ τῆς ἀναλήψεως 'Ἀνάγνωσμα  $\bar{a}$ . Προφήτου 'Ησα[ο]υ Τζ̄. Τάδε λέγει κύριος ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου (Essai. 2. 2). 'Ἀνάγνωσμα β̄ Προφήτου 'Ησαίου Τζ̄. Πορεύεσθε (-θαι cod.) παιριέλθεται (sic) διὰ τῶν πυλῶν μου (Essai. 62. 10).

Explicit codex verbis *ισχύος*; πολλῆς (π. om. edd.) ἐγὼ διαλέγομαι (-ωμαι cod.) δη καὶ (δικαιοσύνην edd.; Essai. 63. 1).

### 13.

*Prophetologium.* Cod. membr. 27, 5 × 22; 4, 5 centim. saec. xi. binis columnis scriptus adiectis notis liturgicis. Foliorum numeri:  $\bar{\eta}$ - $\rho\pi\theta$ . Desunt priora folia  $\bar{a}$ - $\xi$  (Genes. 1. 1-17. 6).

Incipit fol.  $\bar{\eta}$ : καὶ στή]σω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον (ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον) σοῦ καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου, etc.

Primus titulus: Γενέσεως τὸ ἀνάγνωσμα. 'Εν ἀρχῇ ἐποίησε ὁ θεός. Reliqua non sunt perscripta quia ex memoria recitari poterant.—Secundus titulus: Τῆς 'Εξόδου τὸ ἀνάγνωσμα. Εἶπεν ὁ κύριος πρὸς Μωσῆν τί βοᾷς πρὸς μέ; (Exod. 14. 15) usque ad verba ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης (Exod. 14. 29).—Tertius titulus: Τῆς 'Εξόδου τὸ ἀνάγνωσμα γ. 'Εξῆρε Μωσῆς (Exod. 15. 22). Deinde Τροπάριον ἡχ(ος) πλ(άγιος)  $\bar{a}$ . Sequuntur aliae pericopae Vet. Testamenti; ex quibus nonnullae singulae singulari adscribuntur diebus ut folio  $\bar{\nu}\bar{5}$ : τῇ  $\bar{\gamma}$  τῆς  $\bar{\gamma}$  ἐθδοιάδος. Ante fol.  $\bar{\mu}$  non pauca desiderantur.

Duobus locis (fol.  $\bar{o}\bar{z}$  in marg. ii. col.) et fol.  $\bar{\rho}\pi\theta$  scriba nomi-

natur Ioannicius mon. : διὰ ἰωαννικίου μοναχοῦ, cf. *Gr. Palaeogr.* p. 324.

## 14.

*Prophetologium.* Cod. membr. 24 × 18 ; 3, 5 centim. saec. xii–xiii. binis columnis scriptus (Kondakov, *Puteš.* p. 101 : saec. xii). Foliorum numeri :  $\bar{a}-\rho\kappa\delta$ .

Incipit : Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, κ.τ.λ. (Genes. 1. 1).

Ultimus titulus : Ἐκ τοῦ προφήτου Ἰερεμίου. Τάδε λέγει κύριος Ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου (Jerem. 2. 1) usque ad verba καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλείον σφόδρα, λέγει κύριος (Jerem. 2. 12).

In fine ab eadem manu minio scriptum : Γεώργιος εὐτελής ἱερεὺς ὁ χρ<sup>ϛ</sup> / ὁ ἁμαρτωλός, cf. *Gr. Palaeogr.* p. 321.

## 15.

*Prophetologium.* Cod. membr. 21 × 16 ; 6 centim. saec. xiii. scriptus adiectis notis liturgicis.

Incipit : Τῇ δ̄ τῆς τυροφαγίας<sup>1</sup> τροπάριον ἦχ(ος) γ̄. Βασιλεῦ, etc.

Explicit : Ἔσθη Σολομῶν κατὰ πρόσωπον τοῦ θυσιαστηρίου κυρίου (3 Reg. 8. 22) usque ad verba καὶ εἶπεν Κύριε ὁ θεὸς Ἰσραὴλ οὐκ ἔστιν (3 Reg. 8. 23). Reliqua desunt.

## 16.

*Prophetologium.* Cod. membr. 27, 5 × 22 ; 4, 5 centim. saec. xii–xiii.

Primus fasciculus a manu recentiore chartaceus suppletus est : Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεός (Genes. 1. 1).

Explicit liber : καὶ (om. ed. Tischend.) χρίσεις [εἰς βασιλεία ἐπὶ Ἰσραὴλ· καὶ om. cod.] τὸν Ἐλισ(σ)αίε υἱὸν Σαφάθ [χρίσεις transpos. cod.] εἰς προφήτην ἀντὶ σοῦ (3 Reg. 19. 16).

Subscriptum est :

Ἐγράφη διὰ ἐξόδου καὶ συνδρομῆς

Νικολάου ἀναγνώστου υἱοῦ κ(υρο)ῦ Γε(ωργίου) τοῦ παῦ<sup>δ</sup>.

Minus recte Νικολάου ἀναπηω? . . . Kondakov, *Putešestvie*, p. 101. (No. 93, 6.)

## 17.

*Prophetologium.* Cod. memb. 22 × 19 ; 4 centim. saec. xi–xii. scriptus adiectis notis liturgicis.

<sup>1</sup> H. e. post κυριακὴν τῆς Ἀπόκρως ; ejus diei lectionarium vides Ev. Luc. 19. 29 ss.

Continet pericopas ex diversis libris prophetarum, psalmistarum aliorumque excerptas.

Primus titulus: Τροπάριον τῆς προφητ. ἤχος π(λάγιος) δ̄. Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλιψεως κύριε, etc.

Ultimus titulus: Τῷ αὐτῷ (sc. μηνὶ Μαίω) εἰς τὰ ἰά. εἰς τὸν (sic) γενέθλιον τῆς πόλεως.

Explicit: Ἰδοὺ ἐγὼ ἐτοιμάζω σοι ἄνθρακα τῶν λίθων σου καὶ τὰ θεμέλια σου σάπφηρον (sic).

### 18.

*Prophetologium.* Cod. membr. 21, 5 × 19; 2, 5 centim. saec. xi–xii. (?) scriptus binis columnis, titulis ornatus gummi laccae obductis. Deest tegumentum, initium et finis huius codicis; restant fasciculi ἰ–κᾱ.

Incipit: κτη]νῶν τῶν καθαρῶν εἰσάγαγε πρὸς σέ ἑπτὰ ἑπτὰ ἄρσεν καὶ θῆλυ (Genes. 7. 2).

Primus titulus: Τῇ δ̄ τῆς γ̄ εὐ̄ ( = ἐβδομάδος) τροπάριον.

Ultimus titulus: Ἀνάγνωσμα Ἰώβ. Εἶπεν κύριος τῷ Ἰώβ διὰ λαίλαπος (λέλαπος cod.) καὶ νεφῶν (νέφους cod.) Iob. 38. 1 usque ad verba πυλωροὶ δὲ ᾤδον ἰδόντες (ἰδῶντες cod.) Iob. 38. 17.

Reliqua desunt.

### 19.

*Prophetologium.* Cod. chartac. 20, 5 × 15, 5 centim.

Fasciculorum numeri: ᾱ–κε̄. Manu scr. a. 1545, p. Chr.

Continet ἀναγνώσματα προφητείας.

Incipit: Βασιλεὺ ἄγιε παντοδύναμε.

Explicit: οὐκ ἔγνωμεν.

Subscriptum est: Ἡ ἱερὰ αὕτη βίβλος τῶν ἁγίων προφητῶν τετύπεται μὲν ἐν Ἐνετίῃσι, πόνω δὲ καὶ δεξιότητι (sic) Νικολάου τοῦ Φέτση . . . ἔτους ρ̄νγ̄ ἰωδ̄. γ̄; scriptus est liber in Leucadia insula pro Iacobo Fetze.

### 20.

Συλλογὴ τροπαρίων, βίων, λόγων ἁγίων, κ.τ.λ. Cod. chart. 21 × 13; 5 centim. saec. xv.

Incipit: Ἀκολουθία τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. Sequuntur preces. Deinde βίος καὶ πολιτεία Μαρίας Magdalenae. Deinde Ephremi Syri tractatus περὶ κρίσεως καὶ καταπόξεως. Deinde Ἐσπέρας ἀναγνώσματα (partim ab alia manu scr.). Sequuntur tituli Γενέσεως, Προφήτου Ἡσαίου (sc. ἀναγνώσματα) et in fine Προφήτου Δαυὶλ.

## Ψαλμοί.

Psalteriis graecis in libris MSS. adjectae sunt :

- α. ψδὴ Μωυσέως ἐν τῇ ἐξόδῳ (Exod. 15. 2).  
 β. ψδὴ Μωυσέως ἐν τῷ δευτερονομίῳ (Deuter. 32. 1).  
 γ. προσευχὴ Ἄννης μητρὸς Σαμουὴλ τοῦ προφήτου (1 Reg. 2. 1).  
 δ. προσευχὴ Ἀμβακοῦμ τοῦ προφήτου (Hab. 3. 1).  
 ε. προσευχὴ Ἡσαίου τοῦ προφήτου (Esaï. 26. 1).  
 ς. ἐκ θηρὸς ἐκραύγασεν Ἴωνᾶς λέγων (Ion. 2. 3).  
 ζ. προσευχὴ τῶν ἁγίων τριῶν παιδῶν (LXX. ed. Tischend. 2. p. 488). ἡ τῶν τριῶν ὕμνησις, ἣν ἦδον νέοι (LXX. ed. Tischend. 2. p. 489. v. 28).  
 η. ὕμνος τῶν ἁγίων τριῶν παιδῶν (LXX. ed. Tischend. 2. p. 489. v. 34).  
 θ. αἰνεσις ἀγνῆς μητροπαρθένου κόρης (Ev. Luc. 1. 47).  
 Sine numero προσευχὴ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου (Ev. Luc. 1. 68-79).

## 21.

*Psalmi cum scholiis Theodoretii.* Cod. membr. 31 × 20 ; 10 centim. saec. x. med. litteris minusc. erectis rotundis scriptus, cf. *Gr. Palaeogr. Taf.* 5-6, a. 914, 950, 953, 964.

Initium scholiorum : Ἐμοὶ μὲν πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν λογίων, etc., a manu rec. in charta suppletum est.

Expliciant scholia : βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ, κ.τ.λ.—Sequuntur odae solitae Mosis, etc. cum scholiis.

## 22.

*Psalmi.*

## 23.

*Psalmi cum scholiis.* Cod. membr. 32 × 19 ; 13, 5 centim. fol. 756. scriptus saec. xiv. (saec. xii-xiii. Kondakov).

Duo antecedunt fasciculi chartacei cum scholiis psalm. ος, etc.

Secundus fasciculus membran. numero notatus Δ initio caret : — ἀσθένειαν οἰκτεῖραντες ὡς ἐπὶ, κ.τ.λ.

Explicit scholiis Athanasii : — συστῆναι τοῦ ῥητοῦ ἀψύχου—  
Reliqua desiderantur.

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 101. (No. 94, 5.)

## 24.

*Psalmi.*



## 25.

*Psalmi cum scholiis.* Cod. membr. 30 × 32 ; 7 centim. saec. xii. Deest tegumentum, initium et finis codicis.

Fasciculorum numeri leguntur : ζ̄-μᾱ.

Incipit titulo minio scripto : Τῆς παροικίας.

Explicit psalmo PMA eiusque scholio incipiente Δήλη του ψαλμοῦ ἡ διάνοια, κ.τ.λ.

## 26.

*Psalmi.*

## 27.

*Psalmi cum scholiis.* Cod. chart. 28 × 18 ; 9 centim. scr. a. 1452, p. Chr.

Continet psalmos et odas Mosis, etc., cum scholiis Theodreti, Basili (Migne, *Patr. gr.* 80. p. 856), Origenis, Athanasii, etc., quorum nomina in margine adnotantur.

In fine : ,αυνβ μ. 'Οκτωβρ. ιβ. h. e. a. 1452, p. Chr.

## 28.

*Psalmi.* Cod. membr. 17 × 12 centim. litteris uncialibus saec. ix. scriptus, iniuria temporum miserrime devastatus caret tegumento.

Initium et finis hujus libri legi non potest ; in medio vidi exempli gratia psalmum ΠΓ. 'Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, etc. In folio paenultimo legitur Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου, h. e. ultimus psalmus ex ordine Graecorum. Odae Mosis, etc. antea non defuisse videntur.

## 29.

*Psalmi.* Cod. membr. 15 × 11 centim. litteris uncialibus inclinatis scriptus saec. ix. colis et commatibus distinctis, fol. 320. Fasciculorum numeri B-M̄ (deest Ā).

Incipit fasciculus B : Κύριε (ὁ om. cod.) θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα : σῶσόν με (Psalm. ζ̄.)

In fine psalmi uniuscuiusque numerus stichorum adnotatur.

Explicit : πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον. CTĪ Ā. (Ps. ρν. v. 6) adiecto numero stichometrico omnium psalmorum : CTĪ ΔΨΠΒ.

Sequitur ultimus: Μικρὸς ἤμην — ἐξ υἰῶν Ἰσραήλ. Deinde odæ Mosis (α) usque ad odam (ς) Ionæ prophetæ. Reliqua desunt.

Cf. Kondakov, *Puteš.* (No. 94, 4.)

## 30.

*Psalmi.* Cod. membr. 18 × 12; 10 centim. saec. ix. scriptus litteris uncialibus inclinatis. Cf. *Gr. Palaeogr. Taf.* 2. a. 862.

Praemissa sunt pauca in charta a manu rec. (s. xvi.) scripta ut canon Andreae Cretensis (Migne, *Patr.* 97. p. 1306 ss.) etc. in membranis (s. ix.) τὸ σύμβολον τῆς — ὀρθοδοξίας: Πιστεύω εἰς ἓνα, κ.τ.λ., et Πάτερ ἡμῶν, κ.τ.λ.—Παμφίλου ὑπόθεσις εἰς τὸ ψαλτήριον: Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν, κ.τ.λ.—Ἰω̅ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς: Ἀγαπητὲ ὅταν ἀναγινώσκεις, κ.τ.λ.

Qui sequuntur fasciculi numeris A—MĒ notati titulum praebent: Ψαλτήριον et initium: Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη usque ad verba δύναμις τῶν οὐρανῶν (=?) in fine 3½ versus deleti sunt.—Adjectae sunt odæ a manu recentiore in charta bombycina scriptæ.

Cf. Kondakov, *Puteš.* (No. 89, 7.)

## 31.

*Psalmi.* Cod. membr. 16 × 11, 5 centim. fol. 268, saec. ix. scriptus litteris uncialibus inclinatis; fasciculi numeris notantur: A—ΛΔ.

Praecedunt folia tria lacerata quæ cantica continent. In folio quarto incipiunt psalmi colis et commatibus distincti: Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ.—αἰνεσάτω τὸν κύριον (Ps. ρν. v. 6.) CТІ̅, ἈΨΠΒ. Sequitur Μικρὸς ἤμην—ἐξ υἰῶν Ἰσραήλ. In fine preces Manass. κύριε παντοκράτορ, κ.τ.λ.

## 32.

*Psalmi.* Cod. membr. 18, 5 × 12, 5; 12 centim. saec. ix—x<sup>1</sup>. scriptus litteris uncialibus; fasciculorum numeri A—MΓ.

Πάτερ ἡμῶν, κ.τ.λ. Σύμβολον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, κ.τ.λ. fol. 3: Μακάριος ἀνὴρ (Ps. α. 1) usque ad finem πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν κύριον (Ps. ρν. 6). Sequuntur odæ Mosis et aliorum et in fine μακαρισμοὶ Matthæi evangelistæ — ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολλὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς (Matth. 5. 12), et tres versus arabice scripti.

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 101.

<sup>1</sup> Saec. vii—viii. Kondakov, *Puteš.* p. 101.

## 33.

*Psalmi.* Cod. membr. 19 × 15 ; 7 centim. fol. 243. saec. ix. scr. litteris uncialibus inclinatis, colis et commatibus distinctis. Fasciculorum numeri : B et Δ-ΛΓ.

In fasciculo Δ incipit psalmus ιζ; in fine cod. psalmus ρμβ. 1 : Ἄσατε τῷ κυρίῳ usque ad verba ἐν λαῶ αὐτοῦ (v. 4). Reliqua desunt. In fasciculo ΛB : odae Mosis, Zachariae, et aliorum.

## 34.

*Psalmi* graeco-arabice scr. Cod. membr. 19 × 18, 5 centim. saec. ix. binis columnis litteris uncialibus inclinatis exaratus. Fasciculi duodetriginta numeris tantum signati sunt α-κζ.

Praemissa sunt arabica quaedam. Deinde graece (Σύ)μβολον τῆς (πίστεως) et Πάτερ ἡμῶν, κ.τ.λ.

Binis columnis scripti psalmi Μακάριοι (Α. 1) usque ad (PN. 6) αἰνεσάτω τὸν κύριον cum doxologia.

Ἐδὴ Μωυσέως (α) usque ὕμνος τῶν ἁγίων τριῶν παιδῶν φδὴ η. Reliqua cantica desiderantur.

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 101.

## 35.

*Psalmi* graeco-arabice scr. Cod. membr. 24 × 16 centim. saec. ix.<sup>1</sup> binis columnis litteris uncialibus inclinatis exaratus. Fasciculi numeris Α-KZ signati sunt, quorum septem priores ab alia manu imperita scripta esse videntur.

Ps. Α : Μακάριος—PMΔ : Ὑψώσω σε, ὁ θεός usque ad vers. 17 : δίκαιος κύριος ἐν πάσαις. Reliqua desunt.

## 36.

*Psalmi* graeco-arabice scr. Cod. membr. 20 × 15 ; 5, 5 centim. saec. ix. Fasciculi ΛΔ-MΣ (exclus.) desunt.

Σύμβολον πίστεως. Πάτερ ἡμῶν. Ἐκ τῶν ἐπιῶν τοῦ Γρηγορίου. Τοῦ Παμφίλου. In ultimo folio fasciculi Α : Μακάριος ἀνὴρ (Ps. α. 1)—δύναμις τῶν οὐρανῶν cum doxologia.

Cf. Kondakov, *Puteš.* (No. 89, 4.)

<sup>1</sup> Kondakov, *Puteš.* p. 101. saec. vii-viii.

## 37.

*Psalmi.* Cod. membr. 16, 5 × 10; 3 centim. fol. 135. saec. x. litteris uncialibus erectis scr. Desunt multi fasciculi; restant Δ-ΙΗ. ΚΘ. Μ.

Incipit titulo: Ἀγαπήσω σε, κύριε (Ps. ιζ̄. 1.)

In fasciculo Μ̄: Ὁδὴ ̄ (Ionae prophetae). Προσευχὴ τῶν ἀγίων τριῶν παιδων. φ̄δὴ Ζ̄. Ὕμνος τῶν αὐτῶν παιδων. φ̄δὴ Η̄. Αἶψεις ἀγνῆς μητρὸς παρθένου κόρης. φ̄δὴ Θ̄. Deest canticum Zachariae.

Cf. Kondakov, *Puteš.* (No. 89, 3. 98-99.)

## 38.

*Psalmi.* Cod. membr. 18 × 13; 6 centim. saec. xiii-xiv. ornamentis et litteris initialibus ornatus et in initio imagine Mosis legum tabulas accipientis.

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ (Ps. ā. 1.)

Explicit: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Deinde odae solitae.

Cf. Kondakov, *Puteš.* (No. 95-98.)

## 39.

*Psalmi.*

## 40.

*Psalmi.* Cod. membr. 25 × 18; 7 centim. saec. xiv. Fasciculorum numeri: ā-λ.

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ (Ps. ā. 1.)

Explicit: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Deinde odae solitae, et tractatus de salvatione animae.

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 101.

## 41.

*Psalmi.* Cod. membr. 19 × 12, 5; 9, 5 centim. saec. xi. a duobus scribis exaratus.

Incipit: man. sec., Ps. ā-ιζ̄; man. pr., ιη̄-ρ̄ν; man. sec., Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. cum quattuor versibus antecedentibus et hymno trium sanctorum puerorum. Reliquae odae manu pr. exaratae sunt.

## 42.

*Psalmi cum scholiis.* Cod. membr. 19, 5 × 14; 6 centim. saec. xiv. psalmi minio, scholia atramento scripta sunt.

Incipit: Μακάριος, et in fine fasciculi κ̄η Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae cum scholiis; in fine tabula zodiaci cum tribus foliis scholiorum.

## 43-44.

*Psalmi.*

## 45.

*Psalmi.* Cod. membr. 21 × 17; 9 centim. saec. xvii-xviii.

Deest initium. In folio primo: Κύριε ὁ κύριος ἡμῶν ὡς θαν-  
μαστὸν τὸ ὄνομά σου (Ps. η. 1) usque ad finem: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ.  
Sequuntur odae solitae.

## 46.

*Psalmi.* Cod. membr. 20 × 14; 7 centim. saec. xiv-xv.

Incipit: Μακάριος, κ.τ.λ. (Ps. α. 1).

Explicit: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

Codex fuit olim Danielis abbatis Sinaitae.

## 47.

*Psalmi.* Cod. membr. 20 × 14; 8 centim. saec. xii-xiii.

Incipit: Μακάριος, κ.τ.λ. (Ps. α. 1).

Explicit: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

Subscriptum est: Ἐτελειώθη κατὰ μῆνα Δεκεμβρίου ὃ λυδ. β̄ διὰ  
χαίρως Γε(ωργίου) ἀνα(γνώστου) τοῦ χαμῖν (?).

Nomen Γεωργίου repetitur non compendio scriptum in eadem  
pagina superiore.

In fine unus fasciculus bombycinus.

## 48.

*Psalmi.* Cod. membr. 19 × 15; 6 centim. circa a. 1075 scr.

Desunt pauca in initio usque ad finem ps. β̄. Primus titulus:  
γ̄ usque ad π̄σαι (sic) πνοή αινεσάτω τὸν κύριον. (Ps. ρν. 6.)  
Sequuntur odae solitae et σύμβολον τῆς πίστεως.

Al. manu litteris minoribus Basilii Caesariensis epistola πρὸς  
μονάζουσαν, etc.

In foliis ultimo et paenultimo: paschalia duplicibus cyclis  
inclusa ab anno ςφνγ' (a. 1075)—ςφπη' (a. 1080) et ςχα' (a. 1093)  
—ςχε' (a. 1097). Reliqua, quae in medio erant, deleta sunt.

Cf. *Gr. Palaeogr.* pp. 398-99.

## 49-50.

*Psalmi.*

## 51.

*Psalmi.* Cod. membr. 21 × 15 ; 4 centim. saec. xv. ornamentis, litteris initialibus aureis titulisque ornatus.

Continet psalmos  $\bar{a}$  (Μακάριος, κ.τ.λ.)— $\bar{\rho\nu}$ . (Αλνεΐτε τον κύριον, κ.τ.λ.).

Sequuntur odae solitae et in fine: Μικρὸς ἤμην — ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ.

## 52.

*Psalmi.* Cod. membr. 10 × 14 centim. ; saec. xii-xiii. Fasciculorum numeri:  $\bar{a}$ - $\bar{\lambda\alpha}$ .

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. (Ps.  $\bar{a}$ . 1).

Explicit: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae et (al. man.) lectionaria quaedam.

## 53.

*Psalmi.* Cod. membr. 21 × 13 centim. fol. 145. saec. xiv. scr. ab imperito scriba in pergamena crassiore.

Deest initium. Primus titulus:  $\bar{\Delta}$  (Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, κ.τ.λ.): ultimus  $\overline{PM[E]}$  (Αλνεὶ ἡ ψυχὴ μου τον κύριον).

## 54.

*Psalmi.* Cod. membr. 18 × 13 ; 2, 5 centim. saec. xiii. a diversis manibus scr.

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. (Ps.  $\bar{a}$ . 1) usque ad finem: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

## 55.

*Psalmi.* Cod. membr. 17 × 12 ; 4 centim. a. 1344, p. Chr. scr. In initio vides imaginem leonis cervum dilacerantis.

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. (Ps.  $\bar{a}$ . 1) usque ad finem: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

Subscriptum est:

Θεοῦ τὸ δῶρον καὶ Χαρίτωνος πόνος.

Ἐτελειώθη ἐν ἔτει ςωνβ, Ἰνδ. ιβ. (a. 1344, p. Chr.)

Quae nisi a prima manu adiecta essent, codicem saeculo demum posteriore scriptum esse putarem.

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 101. (No. 91, 5.)

## 56.

*Psalmi.* Cod. membr. 16 × 13 ; 5 centim. saec. xii. Fasciculorum numeri:  $\bar{\beta}$ - $\bar{\kappa\eta}$  (deest  $\bar{a}$ ).

Primus titulus: Ps.  $\bar{\iota}$ . 1: Ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, κ.τ.λ. usque ad finem: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

## 57.

*Psalmi.* Cod. membr. 17 × 12 centim. saec. xii. sine tegumento, initio, fine; restant fasciculi ζ̄-κη̄.

Primus titulus: Ps. λ̄ς: Μὴ παραζήλου, κ.τ.λ. usque ad psal-  
morum finem: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae usque ad  
verba αὐτὸν ἀνταποδώσει (Deuteron. 32. 44, h. e. φ̄δὴ β. νόμου  
γραφέντος αὐθις φ̄δὴ Μωσέως). Reliqua desunt.

## 58.

*Psalmi.* Cod. membr. 10 × 15; 9 centim. saec. xiii. scr.  
colis et commatibus distinctis.

Deest initium. Primus titulus: γ̄: Κύριε τί (τη cod.) ἐπλη-  
θύνθησαν, κ.τ.λ. (Ps. γ̄. 1). In fine: Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur  
odae solitae Mosis etc. usque ad Zachariae—εἰς δδὸν εἰρήνης.

In fine una pagina arabice scripta.

## 59.

*Psalmi.* Cod. membr. 16 × 13; 6 centim. saec. xi. scr. a  
scriba quodam qui antiquiores litteras unciales imitari  
videtur, sed sui temporis consuetudinem servavit eo,  
quod lineae non infimas sed summas litteras stringunt.

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ.

Explicit: Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου (Ps. ρθ̄. 1). Reliqui  
psalmi desunt. Sequuntur in fine odae solitae.

## 60.

*Psalmi.* Cod. membr. 15 × 20, 5; 7, 5 centim. saec. xii.

Incipit: Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. (Ps. ᾱ. 1).

Explicit: Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς — υἱῶν Ἰσραὴλ.

Subscriptum est<sup>1</sup>: Ἐχει ὁ ἐκκλησιάστης (sic) C Ἰ̄, Βφ̄λα  
ἀντιφων. ξ̄η. ὁ δὲ ἀγιοπολίτης (ἀγιοπολήτης cod.) C Ἰ̄, ΔΨΠΔ  
κᾱ<sup>ο</sup> (καθίσματα) κ̄. ἀντιφων. ς̄. ψαλμὸς ρν̄ καὶ εἰς. Δόξα, κ.τ.λ.

Sequuntur odae Mosis usque ad odam Iesaiiae prophetae (φ̄δὴ ε̄).

In fine: ὕμνος ἐωθινός.

<sup>1</sup> Cf. subscriptionem Psalterii Ambros. c. 24 (saec. x), fol. 174: ψαλμοὶ ρν̄, δόξαι  
ξ̄, καθίσματα κ̄, στίχοι ἐκκλ/ ΒΦΜΒ:· ἀγιοπολίτου, ΔΨςθ̄:·

## 61.

*Psalmi.* Cod. membr. 15 × 11 ; 5 centim. circa a. 1274 scr. In initio imagines Mosis, Davidis, Danielis ; tituli codicis auro scripti sunt.

Incipit : Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. (Ps. ᾱ. 1) usque ad finem : Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Deinde duae imagines Mosis et Israelitarum a Pharaone persecutorum, et in proxima pagina chorus feminarum saltantium.

Sequuntur odae solitae et imago viri in genibus Virginem cum filio adorantis.

In fine paschalia duplicibus cyclis inclusa annorum  $\overline{,5\psi\pi\beta}$  (1274)— $\overline{,5\omega\gamma}$  (1295) ; ante haec sex cycli duplices litteris carent.

Cf. *Gr. Palaeogr.* p. 398.

## 62.

*Psalmi.* Cod. membr. 15 × 11, 5 ; 6 centim. saec. xiii. scriptus temporum iniuria miserrime devastatus.

Deest initium ; primus titulus Δ : Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι με, κ.τ.λ. Sequuntur psalmi reliqui omissis odis solitis sed additis aliis canticis et lectionariis.

## 63.

*Psalmi.* Cod. membr. 10 × 13 ; 8 centim. saec. xiii—xiv.

Duo priores fasciculi in charta orientali suppleti sunt.

Incipit : Μακάριος ἀνὴρ (Ps. ᾱ. 1) usque ad finem : Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae, quae in fine ab alia manu in charta orientali scriptae sunt.

## 64.

*Psalmi.* Cod. membr. 10 × 8 centim. fol. 238. saec. xiii. a duobus scribis exaratus.

Incipit : Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. (Ps. ᾱ. 1) usque ad finem : Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

## 65.

*Psalmi.* Cod. membr. 10, 5 × 6, 5 ; 5, 5 centim. saec. xii.

Μακάριος ἀνὴρ, κ.τ.λ. usque ad finem : Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae et cantica in Virginem.



## 66.

*Psalmi.* Cod. membr. 11 × 7 centim. saec. xiii–xiv.

Μακάριος ἀνήρ, κ.τ.λ. (Ps. α. 1) usque ad finem (fol. σκε):  
Μικρὸς ἤμην, κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae usque ad hymnum  
Zachariae (εὐλογητὸς κύριος . . . εἰς ὄδον εἰρήνης) Ev. Luc. 1.  
68–79.

## 67.

*Psalmi.* Cod. membr. 9 × 6 ; 3, 5 centim. saec. xiii–xiv.  
(minus recte saec. xii–xiii. Kondakov, *Puteš.* p. 102).

Μακάριος ἀνήρ, κ.τ.λ. (Ps. α. 1) usque ad finem : Μικρὸς ἤμην,  
κ.τ.λ. Sequitur ᾠδὴ Μωυσέως ἐν τῇ ἐξόδῳ. α. Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ,  
κ.τ.λ. Ceterae odae desunt.

## 68.

*Psalmi.* Cod. membr. 15 × 12 ; 5 centim. saec. xi. (a. 1003 ?)  
pulcherrime scriptus ornamentis distinctus.

Præcedit duplex tabula pericoparum mensium Ianuarii et  
Decembr. deinde mensium Febr. et Novembr.

In duobus paginis paschalia duplicibus cyclis inclusa ; cf.  
*Gr. Palaeogr.* p. 398. In quibus quamquam numeri deleti sunt  
diligentissime, tamen tertio loco legisse mihi videor ρσφγ  
(a. 1005, p. Chr.), quod si recte legi, codex scriptus esset  
a. 1003, p. Chr.

Sequuntur tabulae mensium Mart. et Octobr., April. et Sept.,  
Mai et Aug., Iunii et Iulii.

Μακάριος ἀνήρ, κ.τ.λ. (Ps. α. 1) usque ad finem : Μικρὸς ἤμην,  
κ.τ.λ. Sequuntur odae solitae.

Cf. Kondakov, *Puteš.* p. 102.

68<sup>bis</sup> (?).

*Psalmi.* Cod. chart. 19, 5 × 14 ; 2 centim. scr. a.  $\overline{\rho\alpha\chi\theta}$   
(1659) a Matthaeo monacho.  
Continet psalmos cum odis.

## 69.

*Psalmi.* Cod. chart. 28, 5 × 20, 5 ; 3 centim. saec. xvi. scr.  
Continet psalmos cum odis.

Cf. Kondakov, *Puteš.* 102.

## 70.

*Psalmi.* Cod. chart. 24 × 17; 5 centim. saec. xvi.  
 Continet psalmos cum odis.

## 71.

*Psalmi.* Cod. chart. 28, 5 × 20 centim. scr. a. 1550.  
 Continet psalmos cum odis integris.  
 In charta vides signa dilucida diversa.  
 Subscriptum est: Μνήσθητι, κύριε, τοῦ δούλου σου ἱερέως  
 Σταματίνου . . . , ἀφν̄ μνη̄νῑ Ἰουλλίου κ̄ς.

## 72.

*Psalmi.* Cod. chart. 28 × 18, 5 centim. saec. xvii.  
 In primis foliis (chartae orientalis) vides signum chartae  
 dilucidum: ancoram simplici cyclo inclusam, supraposita stella  
 vel cruce (cf. c. 428. Tab. 4. 1.).  
 Continet psalmos cum odis.  
 Eadem manu subscriptum est, hunc cod. esse monasterii  
 Sinaitarum.

## 73.

*Psalmi.* Cod. chart. 27, 5 × 19, 5; 1, 5 centim. saec. xvii.  
 Continet psalmos cum odis integris.

## 74.

*Psalmi.* Cod. chart. 16 × 22, 5; 4, 5 centim. fol. 247.  
 scr. a. 1620.  
 Continet psalmos cum odis integris.  
 Subscriptum est, finitum esse codicem in Creta insula a. ,ζρκη  
 1620, p. Chr. a scriba Ieremia monacho Sinaita.  
 Deinde: Στίχοι ἐκλεγέντες ἐκ τοῦ ψαλτηρίου παρὰ Παησιόου.

## 75.

*Psalmi.* Cod. chart. 22, 5 × 17 centim. saec. xvi. Fasciculi  
 circiter viginti sex numeris tantum  $\bar{a}-\bar{\kappa}\delta$  signati sunt.  
 Continet psalmos cum odis.

## 76.

*Psalmi.* Cod. chart. 21 × 15; 4 centim. scr. a. 1654.  
 Continet psalmos cum odis integris; scriptus est a Matthaeo  
 (a. 1654) ,αχνδ̄ (,ζρξβ̄).

## 77.

*Psalmi.* Cod. chart. 20 × 14; 5 centim. scr. a. 1654.

Continet psalmos cum odis integris; scriptus est a Matthaeo monacho  $\zeta\rho\xi\beta$ , a. 1654, p. Chr. (cf. c. Sin. 76).

Deinde Nicephori Blemmidae  $\sigma\acute{\iota}\chi\omicron\iota \acute{\epsilon}\kappa\lambda\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon\varsigma \acute{\epsilon}\kappa \tau\omicron\upsilon \psi\alpha\lambda\text{-}\eta\eta\lambda\omicron\upsilon$ . Cf. Nicephori Bl. exposit. in psalmos M. 142. p. 1322.

**78.**

*Psalmi.* Cod. chart. 22 × 16; 4 centim. scr. a. 1634.

Continet psalmos cum odis; sequuntur  $\acute{\epsilon}\kappa\lambda\omicron\gamma\alpha\iota$  quas ex psalterio monachus quidam Sinaita collegit.

In fine adnotatum est, scriptum esse codicem in Creta insula manu Ieremiae monachi Sinaitae  $\tau\omicron\upsilon \text{Μαγκαφούρη, } \rho\alpha\chi\lambda\delta$  (a. 1634, p. Chr.).

**79.**

*Psalmi.* Cod. chart. 21 × 14; 3, 5 centim. saec. xvii.

Continet psalmos cum odis.

**80.**

*Psalmi.* Cod. chart. 19 × 13; 4 centim. saec. xvi-xvii.

Continet psalmos cum odis integris.

In fine vides notas quasdam quasi singulari quodam alphabeto cryptographico conscriptas.

**81.**

*Psalmi.* Cod. chart. 18, 5 × 13, 5; 4 centim. scr. a. 1664.

Continet psalmos cum odis; scriptus est codex a Clemente monacho Cyprio  $\rho\alpha\chi\zeta\delta$  (a. 1664, p. Chr.).

**82.**

*Psalmi.* Cod. chart. 20 × 14; 3 centim. scr. a. 1651.

Continet psalmos cum odis integris; scriptus est codex a Xenophonte monacho  $\rho\alpha\chi\nu\alpha \mu \bar{\epsilon}$  (m. Mart. die v. a. 1651, p. Chr.)

**83.**

*Psalmi.* Cod. chart. 20 × 14; 4, 5 centim. saec. xvii.

Continet psalmos cum odis.

**84.**

*Psalmi.* Cod. chart. 19, 5 × 14; 4 centim. saec. xvii.

Continet psalmos cum odis.

## 85.

*Psalmi.* Cod. chart. 20 × 13 centim. saec. xvii. Singulae paginae numerum habent usque ad p. 555, sequitur fasciculus unus.

Continet psalmos cum odis integris.

## 86.

*Psalmi.* Cod. chart. 20, 5 × 15; 4 centim. saec. xvii.

Continet psalmos cum odis. In subscriptione ab alia manu annos notatos vides  $\overline{\zeta\rho\lambda\epsilon}$  et  $\overline{\zeta\rho\kappa\zeta}$  (a. 1627 et 1619, p. Chr.).

## 87.

*Psalmi.* Cod. chart. 21 × 14, 5 centim. Fasciculi  $\bar{\alpha}$ - $\bar{\lambda}\zeta$ . scr. a. 1565.

In fine adnotatum est, scriptum esse codicem pro Macario Cretensi manu Nicephori Nathanaelis mon. Cretensi in monte Sinai anno  $\overline{\zeta\sigma\gamma}$ ,  $\overline{\alpha\phi\xi\epsilon}$   $\overline{\iota\nu\delta}$ .  $\bar{\eta}$   $\overline{\iota\omicron\upsilon\nu}$ .  $\overline{\kappa\eta}$ . (a. 1565, p. Chr.)

## 88.

*Psalmi.* Cod. chart. 20 × 14; 3 centim. saec. xvii.

Continet psalmos cum odis non integris, hymnus enim Zachariae non totus adservatur.

89 (= 88<sup>bis</sup>?).

*Psalmi.*

## 90.

*Psalmi.* Cod. chart. 20, 5 × 14, 5; 4 centim. scr. a. 1566.

Continet psalmos cum odis. Scriptus est codex a.  $\overline{\alpha\phi\xi\epsilon}$ .

## 91.

*Psalmi.* Cod. chart. 20 × 14; 4 centim. fol. 204. scr. a. 1648.

Continet psalmos cum odis.

In fine (fol. 204) adnotatum est, scriptum esse codicem a Matthaeo mense Aug. 9,  $\overline{\tau\epsilon\lambda\omicron\varsigma}$   $\overline{\zeta\rho\nu\varsigma}$  (a. 1648).

## 92.

*Psalmi.* Cod. chart. 19 × 14; 4 centim. scr. a. 1563.

Continet psalmos cum odis integris.

In fine adnotatum est, scriptum esse codicem a Macario monacho a. 704 (a. 1563, p. Chr.) ἐν Παρθῶ (hodie Tôr nominatur portus monasterii Sinaitici).

## 93.

*Psalmi.* Cod. chart. 19 × 13; 3 centim. scr. a. 1664.

Continet psalmos cum odis integris.

In fine adnotatum est: πέρασ εἴληφε τὸ παρὸν ἐπὶ ἔτους 804, μηνὸς Σεπτεμβρίου καὶ ὑπὸ ἀμαρτωλοῦ Ματθαίου ἱερομονάχου, κ.τ.λ.

## 94.

*Psalmi.* Cod. bombycin. 21 × 14 centim. Fasciculorum numeri: 8-15. scr. a. 1294.

Continet psalmos cum odis.

In ultimo folio vides subscriptionem, quam postea delere studuerunt: scriptum esse codicem in monasterio Arsenii episcopi mense Sept. 5, ἡδ. δ (rc. ζ) 804 (a. 1294, p. Chr.). Nomen scribae desideratur.

## 95.

*Psalmi.* Cod. chart. 21 × 15 centim. scr. a. 1532. Fasciculorum numeri: 8-17.

Continet psalmos cum odis integris.

Scriptus est codex ἔτους 804 (a. 1532, p. Chr.) a Ioasaph monacho in monte Sinai.

## 96.

*Psalmi.* Cod. chart. 19, 5 × 14, 5; 4 centim. saec. xv.

Continet psalmos cum odis integris et versibus quibusdam in honorem Davidis.

Cf. iambos quindecim in ejusdem honorem in fine Psalterii graeci quam typis expressit Aldus Manutius, Venetiis a. a.

## 97.

*Psalmi.* Cod. chart. 21 × 15; 2 centim. scr. a. 1517.

Continet psalmos cum odis integris.

In fine adnotatum est: — ἐτελειώθη τὸ παρὸν ἐν μηνὶ Μαίῳ 804, ὥρα ἡδὴ ἐννάτη, ἡμέρα ζ, ἐχρὸ [ἐν χρόνῳ] 804 Χϋ, ἡδ. 5 (rc. ε) 804/κε, (κν/ιδ [h. e. ἡλίου κύκλου κε, σελήνης κύκλου ιδ] φφννσα(?)).

Cf. *Gr. Palaeogr.* pp. 396–8.

Cryptographica in fine non intellego.

**98.**

*Psalmi.* (Neograece.) Cod. chart. 21 × 15 centim. saec. xviii.

Continet psalmos cum odis ab Athanasio in linguam vulgarem translatis. Scriptus est codex a Nicolao.

**99.**

*Psalmi.* Cod. chart. 19, 5 × 14 ; 3, 5 centim. scr. a. 1499.

Continet psalmos cum odis integris. Scriptus est codex a Macario *ἔτους ϚϞ̄ ινδ. β̄*, a. 1499, p. Chr.

**100.**

*Psalmi.* Cod. chart. 19 × 13 ; 2, 5 centim. saec. xvii (?).

Continet psalmos cum odis, in fine schemata et tabulas.

**101.**

*Psalmi.* Cod. chart. 20, 5 × 14 ; 2 centim. scr. a. 1534, a Gregorio monacho.

Continet psalmos cum odis.

